

scuta quatuor cum dimidio pro quolibet loco non excedant, & cum amplissimis privilegiis, facultatibus, libertatibus, indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prerogativis, assignationibus, cautelis, modoque, & forma infra latius dicendis, & exprimentis, sine tamen omnium, & quorumcumque iurium Camerae nostrae Apostolicae aliquo praedictio, & citra eiusdem Camerae, suorumque bonorum aliquam obligationem, tenore praesentium creamus, erigimus, & institimus. In quo quidem Monte sic a Nobis erecto, & instituto volumus, & nostra auctoritate decernimus, & ordinamus, omnes, & singulas Communitates, & Universitates dicti Status nostri Ecclesiastici pro ea rata, & summa, & quantitate censuum, ac locorum Montium, & quorumcumque debitorum, pro quibus dictis scutis quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, & anno majus interesse, ut supra persolvitur, ad effectum ad alienum praedictum extinguendi, etiam si super eorumdem censuum, locorum Montium, & debitorum solutione, & extinctione cum Mercatoribus, aut quibusvis aliis personis aliter pacta fuerint, seu quomodolibet contraxerint, & pro aliis eorum occurrentibus indigentis de nostra, successorumque nostrorum Romanorum Pontificum licentia, & mandato, & non alias participare, & contribuere, fructusque ad rationem praedictam, modo, & forma, ac in terminis infra dicendis persolvere omnino posse, & debere.

Conditiones
nonnullas pre
scribitur.

§. 3. Et insuper ad tollendas difficultates, quae in his possent suboriri, & tam Communitatum, quam Montistarum indemnitati, ac potiori securitati consulendum: Volumus pariter, & ordinamus, quod censuum praedictorum creditores, praevia dicta, & intimatione per duos menses antea, juxta Bullam fel. rec. Pii V. Praedecessoris nostri super forma creandi census, ac ipsorum censuum instrumentorum, formam, & dispositionem faciendam, sortes principales dictorum censuum, una cum fructibus ex tunc decursis, & non solutis recipere, ac de illis quietantiam facere, & eorum jura, & actiones quocumque translativae, & non extinctivae, ac talia qualia habent contra easdem Communitates, & Universitates, & quoscumque alios eis quomodolibet occasione dictorum censuum obligatos, ad favorem dicti Montis, illiusque emptoris, & emptorum, & futurorum creditorum, ac Montistarum ad majorem eorum cautelam cedere teneantur. Alioquin si statuto termino notificationis, & intimationis praedictae, ut praefertur, faciendae pecunias supradictas recipere recuserint, aut alias quomodolibet distulerint, seu neglexerint, tunc pecuniae praedictae a die lapsi termini in depositum stare intelligantur, & stent eorumdem Creditorum risico, periculo, fortuna, sumptibus, & expensis, fructusque ulterius non currant, & quietantiae, & cessiones praedictae habeantur pro factis, dictaque jura, & actiones, ut supra, cessae, & translata esse censentur: &

nilominus quandocumque postea illa receperint, quietantias, & cessiones praedictas ad majorem cautelam, ut supra, facere teneantur: ita tamen, quod jura praedicta pro Cederalum Bancariarum, seu fidejussorum renovatione, vel praestatione, ad quam, seu quas Communitates, seu Universitates praedictae se obligarunt, minusque pro fructibus ultra rationem praedictam pro quolibet centenario, & anno exigendis ullatenus experiri, aut alias exercere non possint. Ceterum, ut etiam Mons sic a Nobis, ut praemittitur, erectus, & institutus suas habeat debitas cautelas, & assignationes, & illius creditoribus, & Montis in fine cujuslibet bimestris debito tempore hic Romae fructuum solutio fiat, volumus, atque statuimus, quod Communitates, & Universitates praedictae ratam partem fructuum unamquamque ipsarum tangentem pro illis locis, & portionibus, pro quibus ratione, & causa, censuum, locorum Montium, & debitorum praedictorum in eodem Monte erunt participes factae, ut supra contribuant integram, sine, ulla diminutione, & ab omnibus, & singulis oneribus, impositionibus, contributionibus, collationibus, tributis, subsidiis, & collectis ex quavis causa, etiam urgenti, & urgentissima, etiam Sedis, & Camerae Apostolicae, aut etiam Communitatum, & Universitatum praedictarum necessitate etiam publica, & pro fide orthodoxa tuenda, & quavis alia quantumvis necessaria, cogitata, & incogitata causa haecenus etiam per quosvis Praedecessores nostros Rom. Pont. & Nos impositis, & per Nos, seu Successores nostros forsitan imponendis quibuscumque liberam, immunem, & exemptam, una cum portu ad hanc Almam Urbem quotannis in perpetuum durante hujusmodi Monte, & proportionabiliter pro rata, videlicet de quadrimestri in quadrimestre anticipatis solutionibus in manibus, seu Banco Depositarii hujus Montis, vel Theaurarii illius Provinciae, cui unaquaque Communitas, & Universitas subiecta est, vel erit. Qui quidem Provinciae Theaurarius, & Theaurarii, volumus, atque decernimus, quod ad instar onerum Cameralium facultatem habeant exigendi dictos fructus, quodque illos de bimestri in bimestre in fine cujuslibet bimestris proportionabiliter, & pro rata libere, & integre, sive exegerint, sive non, persolvere teneantur Depositario hujus Montis in Urbe, ut infra constituendo modis, formis, obligationibus, & cautelis in solutionibus onerum Cameralium ipsi Camerae faciendis, fieri, servari, & adhiberi solitis, & ad hoc etiam in forma Camerae nostrae Apostolicae sese obligare teneantur. Communitates vero, & Universitates in manibus praedictorum Theaurariorum, seu aliorum Exactorum persolvere, & exburfare, ac tam pro hujusmodi solutionibus, ut supra, faciendis, quam omni, & quacumque evictione, & defensione generali, & particulari illorum locorum omnium, pro quibus in hoc Monte, erunt, ut supra participes, per suos certos Procuratores in publico, & generali Consilio

stio ad id deputatos, & approbatos promittere, praesentisque nostras Literas ratificare, ac sese, & eorum bona, introitus, & jura quaecumque, etiam in ampliori ejusdem Camerae Apostolicae forma, & suo juramento obligare, seu ratificationum, promissionum, & obligationum praedictarum hujusmodi publica, & authentica instrumenta in eisdem actis exhibere teneantur. Nos enim earum ratificationes, & obligationes, & desuper confecta instrumenta hujusmodi ex nunc, prout ex tunc, approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus. Ac easdem Communitates, & Universitates omnes, & singulas supradictas, quae ut supra in hoc Monte admittae fuerint, ac ratificabunt, & obligabunt earum bona, introitus, & jura quaecumque praesentia, & futura ubilibet existentia pro omnibus, & singulis praemissis, & praemissorum occasione, etiam in forma Camerae nostrae Apostolicae ampliori, & pleniori, generaliterque, & specialiter, & expresse obligamus, & hypothecam, & obligata, & hypothecata esse volumus, & declaramus: annuamque summam pro fructibus illorum locorum, pro quibus in dicto Monte erunt ut supra participes, modo, & forma, ac terminis, & locis quibus supra persolvendis necessariam, illam sic ut supra integram, liberamque, immunem, & exemptam, ex quibuscumque eorum introitibus, redditibus, & proventus ordinariis, & extraordinariis, certis, & incertis dismembrantes, & separantes, eidem Monti, ejusque Collegio, & futuris Creditoribus, & Montis praedictis perpetuo assignamus, applicamus, & appropriamus, & quoad illam, illiusque liberam perceptionem, exactionem, & consignationem in omne jus, locum, & privilegium eandem Communitatem, & Universitatum ponimus, substituimus, & subrogamus. Deficientibus autem Communitatibus, & Universitatibus supradictis in solutionibus de quadrimestri in quadrimestre ut supra faciendis, possint Theaurarii, & eorum Exactores contra eos procedere, cum eisdem privilegiis, facultatibus, & prerogativis, quibus in exactionibus Cameralibus fieri, & procedi solet. Theaurarii tamen praedicti, cum ad exactionem, rigorosam procedi contigerit, illam cum exactione onerum Cameralium, sine augmento impense facere debeant. Communitates, & Universitates vero praedictae factae per eas in manibus Theaurarii, & Exactorum ut supra ab eis deputatorum fructuum solutione, pro fructibus sic ab eis solutis ulterius, nec etiam a Montis molestentur, nec molestari possint.

Ac privilegia
Montis, ac
Montis con-
cedit.

§. 4. Et insuper volentes Montem praedictum specialibus privilegiis, & gratiis decorare, motu, scientia, & potestate, similibus perpetuo statuimus, decernimus, ordinamus, & declaramus, quod hujus Montis loca ad instar aliorum Montium

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

non vacabunt Romanae Curiae resignabilia sint, & non vacant. Et quicumque etiam Laici utriusque sexus, ac Presbyteri, & alii Clerici, necnon Ecclesiarum, aut alii quicumque Praelati, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ac ceteri quicumque dignitatis, status, gradus, & conditionis seculares, & quorumcumque Ordinum, etiam in communi Mendicantium, ac Militiarum, vel Hospitalium, Regulares, & alia quaecumque personae cujusvis aetatis, etiam minores, & pupilli, ac etiam spurii, illegitimi, aut alias quomodolibet inhabiles, & incapaces, necnon Communia, Universitates, Ecclesiae, Capitula, Collegia, Congregationes, Conventus, Societates, Hospitalia, Cappellae, & alia quavis tam profana, quam pia, & religiosa loca, tam intus, quam extraditionem nostram temporalem, & etiam in qualibet mundi parte nunc, & pro tempore existentes (in fidelibus tamen semper exceptis) nihilominus in Monte hujusmodi Communitatum, & Universitatum Tertiae Erektionis nuncupando, quascumque pecuniarum summas, & quantitates semel, & pluries, ac quoties eis visum fuerit, ponere, & erogare, ac pro singulis locis, & portionibus praedictis annua scuta quatuor cum dimidio monetae similis in fine cujuslibet bimestris pro illorum rata sine aliquo conscientiae scrupulo, seu fortis principalis restitutione, aut quovis alio restitutionis onere, ac omni profus impedimento cessante percipere, consequi, & in eorum usum, & utilitatem convertere libere, & licite possint. Quin etiam loca praedicta quocumque modo obtinentes, si illa in alios cedere, & transferre, ac etiam qui loca hujusmodi aliis acquirere voluerint, tales in hujusmodi cessionibus, translationibus, vel acquisitionibus sibi ipsis, vel aliis, etiam quoad vixerint, omnimodam dictorum locorum sic cesorum, vel acquisitionum administrationem, eorumque fructuum, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & absolutam potestatem illa quocumque voluerint, nulla etiam subsistente causa, ad se recipiendi, & revocandi, seu alii, vel aliis vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignori, super eis paciscendi, & contrahendi, & profus omnem aliam ipsorum dispositionem, jus, & facultatem, nullo obtinentium consensu desuper requisito, aut alia solemnitate servata, ac etiam cum prohibitione hujusmodi administrationis, fructuum perceptionis, cessionis, venditionis, obligationis, fidejussionis per ipsos obtinentes faciendae, necnon decreto irritante adjecto his, quae secus facta fuerint, ab eisdem reservare, & obtinere libere, & licite valeant; Montemque ipsum, illiusque loca, & portiones etiam respectu fructuum, & emolumentorum ad rationem praedictam illi assignatorum, nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut mensium, seu mensurarum quarumcumque retentionibus,

K

nibus,

nibus; & quibusvis aliis contrariis dispositionibus, etiam prætextu urgentis necessitatis, seu etiam evidentis utilitatis, tam Sedis, & Camerae Apostolicæ, quam ipsarum Communitatum, & Universitatum prædictarum, & pro ecclesiastica ditionis, & catholice fidei defensione, vel ex quavis alia cogitata, vel incogitata causa, etiam necessario exprimenda, subjecta, vel quomodolibet obnoxia fore, vel esse, sed firma, & valida semper persistere, & ab illis fore, & esse semper excepta, nec quemcumque ex ipsius Montis futuris creditoribus, illorumque hæredes, & successores quoscumque, seu causam, & jus ab eis quomodolibet habentes, & habituros super locis, & portionibus, ac illorum integris fructibus, & emolumentis prædictis quoquo modo contra præsentium formam turbari, vel impediri, nec eos ad pecunias in ipso Monte positas, & erogatas, aut illorum partem aliquam in solutionem, & extinctionem censuum, & debitorum prædictorum, aut aliam quamvis earumdem Communitatum, & Universitatum necessitatem, causam, vel utilitatem converfas fuisse, & esse, aut aliqua alia, etiam necessaria, & requisita in iudicio, vel extra probanda, deducenda, seu quomodolibet verificanda ullo umquam tempore teneri, nec probationem contrariam in his obesse, ac pro præmissis omnibus, & singulis, ac quacumque evictione, & defensione generali, & particulari dicti Montis, & illius locorum, & portionum quorumcumque Communitates, & Universitates prædictas, & earum, & cuiusque ipsarum bona mobilia, stabilia, & se moventia, introitus, effectus, & proventus, ac res, actiones, & jura quacumque præsentia, & futura ubique locorum existentia generaliter, specialiter, & expresse, ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, in ampliori ejusdem Camerae Apostolicæ forma teneri, & obligata, & hypothecata fore, & esse, prout obligamus, & hypothecamus: præsentisque vim validi, ac solemniter, & legitime initi, & stipulati contractus, & utrinque jurati inter dictas Communitates, & Universitates ex una, & ejusdem Montis Emptores, & futuros Creditores, illorumque hæredes, & successores quoscumque habere, & obtinere pariter statuimus, decernimus, & ordinamus. Volumus etiam, quod dictus Mons ut supra a Nobis erectus, & institutus extingui non possit, nisi cæteris aliis earumdem Communitatum debitis extinguibilibus, tam hucusque contractis, quam contrahendis in futurum quibuscumque, pro quibus majus, vel æquale interesse dictorum scutorum quatuor, cum dimidio pro quolibet centenario, & anno persolvunt, ac etiam dicto Monte Communitatum Secundæ Erektionis per felicis recordationis Paulum Quintum, ut præmittitur, erecto, penitus extinctis, itaut Mons hic Tertie Erektionis post cætera debita hucusque

contracta extingui possit, & non antea. In casu vero extinctionis Montis prædicti Communitates, & Universitates prædictæ non ultra scuta centum moneta pro quolibet loco restituere, Creditores vero, & Montis ita recipere teneantur. Extinctio autem Montis, & locorum illius quando fieri contigerit, tunc pretium, seu pecunia ad hunc effectum destinata in Banco Depositarii Generalis Communitatum Status nostri Ecclesiastici deponantur, prout hæctenus fieri consuevit.

§.5. Et ut præmissa omnia, & singula facilius, & rectius gerantur, & exequantur, dilectum filium Magistrum Petrum Donatum Cæsum Thesaurarium nostrum Generalem, alioque pro tempore existentes Thesaurarios Generales dicti Montis Protectores eligimus, & deputamus cum potestate Literas patentes sub eorum nominibus, & sigillis expediendi, & concedendi, necnon omnes, & quascumque causas super dicto Monte, illiusque causa, & occasione, & ab eo quomodolibet dependendas, & movendas private quoad omnes alios iudices cognoscendi, & terminandi, ac omnia alia, quæ ad ejusdem Montis utilitatem, providamque directionem pertinere cognoverint, peragendi, cum facultate etiam Secretarium, & Ratiocinatorem, seu Computistam dicti Montis, cum emolumentis per Secretarium, & Computistam Montis Communitatum. Secundæ Erektionis exigi solitis, ad eorum vitam, & donec vixerint, & prout ipsis melius placuerit, & videbitur, eligendi, & deputandi: Depositarium vero dicti Montis dilectum filium Joannem Franciscum Sacchetti, donec vixerit, ejus vita durante, qui tamen de solvendo Montis dicti debitis terminis, & temporibus fructus locorum, quæ obtinebit, exactis, vel non exactis assignationibus, & quocumque impedimento cessante, & non obstante, se obligare teneatur, & debeat, eligimus, & deputamus.

§.6. Decernentes, præsentis Literas ad omnia, & singula necessaria, & requisita legitime sufficientes esse, tam in iudicio, quam extra plene ad probandum, & verificandum, nec alterius probationis adminiculum requiri, easdemque præsentis Literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentionis nostre, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod Communitates, & Universitates prædictæ, aut alii quicumque in præmissis jus, & interesse forsan habentes, seu habere prætendentes, vocati, seu auditi, aut quod ipse literæ in eadem Camera Apostolica admittæ, & in ejus libris registratæ minime fuerint, vel ex alia quavis causa quantumvis legitima, urgenti, & juridica, etiam necessario exprimenda, notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratia remedium impetrari, seu etiam intentari posse, vel debere, minusque sub similibus, vel dissimilibus

Theaurarii Gen. R.C.A. hujus Montis Protectorem deputat.

Clausulas præservativas inserat.

millium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, reductionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo erant, statum restitutas, repositas, & plenarie, etiam sub quacumque posteriori data reintegratas, ac de novo concessas, ac semper majorem vim, robur, & efficaciam habere, & obtinere, ac si de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, & in nostro Consistorio secreto edita, facta, & emanata fuissent.

Sic iudicari vult.

Contrariis derogat.

§.7. Sicque, & non aliter per Cameraarium, necnon Vice-Camerarium, ac ejusdem Camerae Thesaurarium, & Clericos Præsidentes, & quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, necnon irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra regula de non tollendo jure quæsito, necnon etiam super bono regimine reddituum Communitatum, & Universitatum prædictarum, ac Pii IV. nostri Prædecessoris de registrandis, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam de bonis earumdem Communitatum, & Universitatum, non alienandis, nec obligandis, aut quod in illorum alienationibus, & obligationibus, certa solemnitates servandæ sint. Necnon earumdem Communitatum, & Universitatum statutis, ordinationibus, reformationibus, necnon instrumentis, seu scripturis quibuscumque inter prædictas Communitates, & Universitates ex una, & quovis Mercatores, seu alias personas quascumque parte ex altera, super extinctione debitorum dictarum Communitatum, seu Universitatum quomodolibet factis, initis, executioni demandari coeptis, etiam obligatione Camerali, seu Guarantigia, aut alia etiam strictiori forma vallatis, necnon juramento, & quavis alia cautela roboratis, atque firmatis, privilegiis quoque, indultis, concessionibus, & facultatibus etiã pluries, aut etiam auctoritate apostolica concessis, factis, innovatis, confirmatis, & approbatis, necnon stylis, usibus, regulis, consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Quæ omnia, & singula, etiam si de illis specialis, expressa, & individua mentio habenda esset, illorum tenores hic pro expressis, & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliis in suo robore permanuris, si obstitent, tollimus, & abrogamus.

Cam. Apost. ab obligatione relevat.

§.9. Volumus autem, & nostra auctoritate decernimus, & declaramus, quod præmissa omnia, & singula intelligantur, & sint facta, & concessa sine omnium, & quorumcumque jurium Camerae nostræ Apostolicæ Rom. Tom. VI. Par. II.

stolica aliquo præjudicio; & citra aliquam ejusdem Camerae, bonorumque suorum obligationem, itaut juribus Camere nequaquam præjudicetur, neque de suo in aliquo proprio ipsa Camera teneatur, vel obligetur.

§.10. Quodque præsentis nostri Motus Proprii cedula sola signatura sufficiat, absque eo quod declaretur, vel registretur, regula quacumque, & aliis contrariis non obstantibus.

§.11. Quodque ejusdem cedulae transumptis, etiam impressis, & per unum ejusdem Camerae Notarii subscriptis, & ejusdem Theaurarii sigillo signatis stetur, & credatur, illaque plenam fidem faciant, tam in iudicio, quam extra, ac si ipsa cedula foret exhibitæ, vel ostensa.

Signatura sufficit.

Exemplis statim jubet.

Placet Motu proprio M.

D X V I I.

Declaratio super facultatibus transferendi pensiones, seu illarum loco fructus, ac translationibus, novisque reservationibus pensionum, seu fructuum antea translatorum.

Pensiones transferendi facultates revocavit Pius V. Constit. XCIII. Sacrosanctum. Tom. IV. Par. III. fol. 38. Reservationes autem pensionum perpetuarum super beneficiis ecclesiasticis, & indulta imponendi pensiones etiam temporales revocavit Urbanus VIII. Constit. CCXXXII. Sanctissimus. Tom. VI. Par. I. fol. 67.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter gravissimas, multiplicisque apostolice servitutis curas, quibus jugiter premimur, illa etiam est, ne Ecclesiæ, & beneficia ecclesiastica indebite contra, aut præter mentem Romani Pontificis pergraventur.

Exordium.

§.1. Cum igitur ex translatione pensionum onus illarum prorogetur, seu extendatur de persona ad personam, & sæpe de infirmo ad sanum, & de sene ad juvenem, in non modicum præjudicium Ecclesiarum & Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac illa pro tempore obtinentium, & propterea, difficilius concedatur facultas transferendi illas pensiones, quæ alias translata fuerunt; idcirco Ecclesiarum, ac beneficiorum, & illa obtinentium prædictorum detrimentis, & incommodis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare volentes;

Causa hujus Constit.

§.2. Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione declaramus, omnes, & singulas per Romanos Pontifices Prædecessores,

Declarat facultates transferendi pensiones etc. nō potuisse, nec posse cuiquam sustinere.

cessores, & Successores nostros, ac etiam per Nos ex quacumque causa, etiam onerosa, etiam ratione quorumcumque officiorum, etiam motu, & scientia, potestatisque plenitudine similibus, ac consistorialiter, etiam iteratis vicibus, & cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis decretis concessas, & concedendas facultates transferendi quascumque pensiones, seu fructus ecclesiasticos eorum loco pro tempore reservatas, & reservatos, aut mediante earumdem pensionum antiquarum cassatione de novo illas reservandi, necnon pensionum, & fructuum huiusmodi translationes, seu novas reservationes, super quibuscumque Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & Majoribus, ac Monasteriis, etiam Consistorialibus, ceterisque beneficiis, tam secularibus, quam quorumvis Ordinum regularibus, & Hospitalibus quomodolibet qualificatis, etiam cuiuscumque juris patronatus, etiam laicorum, etiam quorumcumque Regum, & Principum, illorumque fructibus etiam incertis, & distributionibus, etiam quotidianis nunc, & pro tempore factas, & concessas quibuscumque personis, cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis fuerint etiam Cardinalatus honore prefulgeant; etiam super facultatibus, translationibus, seu novis reservationibus huiusmodi, seu lites in quocumque gradu, instantia, vel Tribunali pendeant indecise, non potuisse, nec posse cuiquam suffragari, quoad pensiones, seu fructus alias translatos, nisi in eis consensus pensiones, aut fructus huiusmodi solvere debentium accesserit, aut quod alias pensiones, seu fructus huiusmodi translati, seu de novo reservati fuerint, expressum sit, seu exprimat, vel clausula etiam pensiones, seu fructus huiusmodi forsitan alias translata, seu translata, vel de novo reservata, vel reservata fuerint, apposta sit, vel apponatur. Non intendimus autem presenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & novas reservationes huiusmodi, pro quarum validitate hactenus lata esset sententia, que in rem iudicatam transivit, vel pro quarum executione mandatum relaxatum, & executioni demandatum fuerit.

Clausula sublata.

§.3. Sicque, & non aliter per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Camera Apostolicæ Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curie eiusdem Camerae generalem Auditorem, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos iudicari, & definiri, ac interpretari debere; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

§.4. Non obstantibus indultis, privile-

giis, & facultatibus, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, etiam individuum mentionem requiruntibus, ceterisque contrariis quibuscumque, illorum omnium, & singulorum tenores pro plene expressis, & insertis habentes.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die octava Martii 1636. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi 1636. die vero decimaquarta mensis Maii, supradicta Bulla, sive declaratio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per nos Paulum Bartoccium, & Franciscum de Paulis SS. D. N. Papa Cursores.

Antonius Bardus Mag. Curf.

DXVIII.

Committitur A.C., ut ad instantiam Commissarii Camerae Apostolicæ contra Joannem Andream ab Auria, & alios invasores, & occupatores Burgi Vallis Tari ad Sanctam Romanam Ecclesiam pertinentis procedat.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Cum, sicut accepimus, Princeps Joannes Andreas ab Auria, necscitur quo spiritu ductus, Terram, seu Oppidum Burgi Vallis Tari Placentini districtus ad S.R.E. ratione directi domini spectans, illiusque Territorium, & membra, annexaque, & connexa, ac dependentia occupare ausus fuerit, sive occupata detinerit, vel detineat;

§.2. Propterea Nos volentes, ut contra prædictum Joannem Andream ab Auria, omnesque alios invasores, occupatores, & detentores juris remediis opportunis, & præsertim declarationis incursum excommunicationis majoris, aliarumque censurarum, & poenarum a Sacris Canonibus, & Conciliis universalibus, Constitutionibusque Apostolicis, etiam in Bulla Coenæ Domini adversus talia perpetrantes inflictarum, & promulgatarum per A.C., qui quarumcumque Literarum Apostolicarum est generalis exequutor, procedatur; ne umquam de ejus jurisdictione, & facultate in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna dubitari contingat, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, salvo tamen, & reservato Nobis, & Sedi Apostolicæ jure agendi ad quæcumque alia nunc, & posterum quomodolibet, & quancumque com-

Dat. die 8. Martii 1636. An. XIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Joh. Andreas ab Auria Oppidum Tari occupat.

Urbanus A.C. committit, ut contra illum procedat.

competentia, & competitura, ac pravia, quatenus sit opus, avocatione a quibuscumque Judicibus, etiam per Romanos Pontifices Prædecessores nostros quomodolibet datis, tenore presentium eidem A. C. nunc, & pro tempore existenti committimus, & mandamus, ut nedum vigore suarum generalium facultatum, sed etiam vigore presentium ad instantiam Commissarii generalis Camerae Apostolicæ pro tempore existentis, ad prædictam declarationem incursum excommunicationis, aliarumque censurarum, & poenarum quarumcumque, etiam caducitatis, & devolutionis feudorum, & honorum emphyteuticorum, si que prædictus Joannes Andreas ab Auria, omnesque alii, tam proprio, quam cuiuscumque alterius nomine invadentes, & occupantes, vel detinentes, auxiliiumque, & favorem præstantes, & qui præstiterunt, ad invadendam, seu occupandam, vel detinendam prædictam Terram, ejusque Arcem, & Territorium, aliaque bona, jura, membra, annexa, & dependentia quæcumque ad prædictam Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Camera Apostolicam, & respective quamlibet aliam inferiorem Ecclesiam ratione directi domini, & aliis quomodolibet spectantia, obtinent, necnon amissionis, & privationis quarumcumque dignitatum, honorum, privilegiorum, & indultorum, si que ab ipsa Ecclesia Romana, aliaque Ecclesia inferiori quomodolibet habent, procedat, omniaque alia, & singula in præmissis necessaria, & quomodolibet opportuna gerat, faciat, & exequatur, etiam omni, & quacumque appellatione, reclamatione, recursum, nullitate, etiam ex tribus, aliisque remediis ordinariis penitus, & omnino remotis, cum facultate prædictum Joannem Andream ab Auria, omnesque alios in executione presentium nominandos, & cognominandos, cuiuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, & dignitatis etiam ecclesiasticæ, etiam speciali nota, & expressione dignos, quicumque, & quocumque sint, & fuerint, citandi etiam per edictum publicum, confito etiam summarie, & extrajudicialiter, & quantum sibi sufficere videbitur, de non tuto accessu.

§.3. Volumus autem, ut facta per affixionem saltem semel intimatione monitorii desuper expediendi in valvis Ecclesiarum Bononiensium, & Ferrariensium, ac in valvis Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe, omnia acta deinde contra prædictum Joannem Andream ab Auria, omnesque alios, ut præfertur, nominandos faciendâ valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, prout ex nunc valida decernimus, & declaramus, perinde ac si ipsi, & quilibet illorum in quolibet actu personaliter citati, moniti, & intimati fuissent, illisque, quoties, & quando opus fuerit, etiam sub sententiis, censuris, & poenis sibi benevisis, inhiben-

Intimationi Romæ factæ citationis vim addit.

di, & præcipiendi, aliisque facultatibus necessariis, & opportunis.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, & præsertim Bonifacii Papæ VIII. de una, & Concilii generalis de duabus diebus, ac quacumque commissione aliis Judicibus, seu Tribunalibus Urbis etiam, per Breve Apostolicum, vel per supplicationem, sive decretum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestate similibus, ac aliis quomodolibet etiam consistorialiter expeditum facta, partibusque intimata, & forsitan causa instructa, ceterisque contrariis quibuscumque, statum litis, & litium quarumcumque, ac nomina, & cognomina Judicum, & litigantium, aliorumque contrariorum, & hic etiam de necessitate exprimendorum, & inferendorum tenores, & compendia pro plene expressis, & insertis habentes. Quibus omnibus, & singulis plenissime derogamus.

Derogat obstantibus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die undecima Augusti 1636. Pontificatus nostri anno Decimoquarto.

Dat. die 11. Augusti 1636. An. XIV.

DXIX.

Literæ ad S. R. I. Electores de necessitate, ac forma eligendi Regem Romanorum.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Moguntini. Sacri Romani Imperii Principi Electori.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabili Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum ob presentium temporum, & qualitatem inclita Germaniæ Provincia in tantis tum hæreticorum, tum etiam infidelium periculis versetur, operæ pretium esse censuimus, ut modo ad electionem Regis Romanorum deveniatur. Speramus etenim ob bonitatem præcipue, virtutemque vestram, quod optatur, ea, qua potissimum convenit ratione, divina præcipue favente clementia, feliciter successurum.

Ob Germaniæ calamitate Rom. Regem eligendum esse putat Pontifex.

§.2. Quamobrem, cum aperte videamus, in huiusmodi electione complures defectus necessario intercessuros, præsertim quia duo Electores hæretici ei intervenire debent, quodque ad electionem novi Regis Romanorum procedatur, Imperatore ipso adhuc non coronato, quod quidem expresse contra veteres leges est, & consuetudines antiquas; decrevimus, ut electio ipsa valida sit, atque firma, nec ei quicquam obici, opponere possit, his nostris Literis, ac de Nobis attributa potestatis plenitudine super ea a Nobis dictos

Prævenit, super plerisque defectibus, quos intercessuros prævidet.

dictos defectus omnifariam supplere. Declarantes electionem huiusmodi, quae rite a te, & alijs facta fuerit, eandem vim, eundemque vigorem habere, perinde ac si ab omnibus sex Electoribus una cum Rege Bohemiae, & ipsis omnibus Catholicis, & in huius Sanctae Sedis unione existentibus facta celebrataque fuisset: pariterque huic novi Romanorum Regis creationi minime obitare volumus, quod charissimus in Christo filius noster Ferdinandus alter Rex Romanorum in Imperatorem electus nondum fuerit coronatus: nam attenda temporum necessitate, hac tantum vice id fieri posse permitimus. Cetera vero Nuncios iste noster vobis diffusius explicabit.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima Augusti 1636. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto (a).

D X X.

Committitur Congregationi Confinium, ut contra Marianum Alidosium, qui abque Sedis Apostolicae licentia vendidit, & Jacobum Ducem Salviatum, qui emit Castrum del Rio in Provincia Romandiolae procedat.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Quamvis tam de iure, quam ex Constitutionibus Apostolicis, praesertim fel. rec. Sixti Quinti, Clementis Octavi, & Pauli Quinti Praedecessorum nostrorum, ac nostris, Feudarii, Vassalli, seu Subditi, qui possident Jurisdictiones, & Castra praesertim Fortalitia in Statu temporali S. R. E. consistuntia, non possint illa alienare in quamcumque personam, nisi prius licentia etiam in scriptis obtenta a Romano Pontifice pro tempore existente, & illa in actu contractus exhibita, alias in eventum contraventionis incidant in diversas poenas in eis impositas; tamen, ut accepimus, Marianus Alidosius Imolen. temerario spiritu ductus, cum possideret Oppidum, seu Castrum del Rio nuncupatum, intra fines ditionis temporalis S. R. E. in Provincia Romandiolae situm, ausus fuit, nulla a Nobis obtenta licentia, alienare, & vendere praesatum Castrum Jacobo Duci Salviato, qui etiam non attentis praefatis prohibitionibus temere illud emit, etiam simulato praetextu, quod Castrum huiusmodi non esset de directo, & supremo dominio Sanctae Sedis Apostolicae, itaut multo magis tam ex praemissis, quam ex alijs per Commissarium Camerae Apostolicae generalem nunc,

(a) Eiusdem exempli Literae datae sunt ad Archiepiscopos Colonien., & Treveren., & ad Maximilianum, Bavariae Ducem S. R. I. Electorem.

& pro tempore existentem deducendis nendum praedictum Castrum sit eo ipso devolutum ad Sedem Apostolicam, sed etiam ipsi contrahentes in poenas a iure, & a praefatis Constitutionibus, & alijs quomodolibet contra non observantes praemissas, ac dominium directum, & supremum Sedis Apostolicae negantes, & illud, ac possessionem eiusdem Sanctae Sedis intervertere nitentes impositas inciderunt.

§.2. Idcirco ne tam praefati excessus, & transgressiones, quam praedicta crimina, aliaque delicta super praemissis, & illorum occasione ab eis, & quibuscumque alijs cuiuscumque status, gradus, conditionis, & dignitatis etiam ecclesiasticae existentibus, etiam speciali expressione dignis, etiam auxilium, consilium, vel favorem eis quomodolibet praestantibus, in praedictum Sedis Apostolicae quomodolibet commissa, & patrata, impunita remaneant, illorum cognitionem, declarationem, & punitionem dilectis filiis nostro Bernardino tituli Sancti Stephani in Coelio monte Presbytero Cardinali Spadae nuncupato, ac Praelatis nunc, & pro tempore existentibus Congregationis Confinium alias per Nos erectae committimus. duximus.

§.3. Quapropter Nos praefatorum tractatum, conventionum, contractus, & aliorum ab ipsis contrahentibus, & alijs desuper quomodolibet gestorum, & inde sequutorum, sique sint, ac aliorum forsan hic exprimendorum, & inferendorum tenores pro plene insertis, & expressis habentes, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, causam, & causas declarationis incursum praefatarum, & quarumcumque aliarum poenarum, etiam excommunicationis majoris, aliarumque censurarum, necnon rebellionis, ac criminis laesae maiestatis, confiscationisque bonorum, ac etiam devolutionis, & caducitatis praefati Castri, aliorumque Castrorum, & bonorum feudalium, seu emphiteuticorum ecclesiasticorum, si qua praefatus Marianus, ac Jacobus, alique praefati, & eorum quilibet habet, & obtinet a Sede Apostolica, vel ab alia Ecclesia inferiori, ac amissionis, & privationis illorum, ac quarumcumque dignitatum, titularum, honorum, indultorum, & privilegiorum, quorumcumque per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, ac etiam per Nos, & a quacumque Ecclesia inferiori eidem Mariano, & Jacobo, aliisque praefatis, sive eorum antecessoribus, vel auctoribus concessorum, necnon impositionis, & infictionis praedictarum, & aliarum quarumcumque poenarum in declarationibus per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros quoscumque, ac etiam per Nos quomodolibet desuper factis contentarum, necnon causam, & causas, quam, & quas idem Camerae Commissarius habet, & movet, habereque, & movere vult, & intendit contra praedictos Marianum, & Jacobum, omnesque alios quocumque, & quoscumque

Pontif. Confinium committit, ut contra illos procedat

Ad quem effectum peculiariter quoque addit facultates.

D X X I.

Committitur Rota Decano absolutio quatuor Portionariorum, & duorum Beneficiorum Ecclesiae Casaraugustanae, a censuris, & poenis incurfis, eo quod recurrerint ad Iudices laicos pro executione mandati Rotalis.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Dilecto filio Joanni Baptista Coccino Casarum Sacri Palatii Auditori Decano.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Ludovicus Pucjo, Hieronymus de Funes, Thomas de Zaumada, & Joannes Michael Crespo Portionarii, ac Hiacyntus Perez, & Joannes Mercado Beneficiati integrae distributionis Ecclesiae Casaraugustanae, quod in Bulla felicis recordationis Clementis Papae Octavi Praedecessoris nostri, qua dicta Ecclesia Casaraugustana, e statu regulari redacta est ad secularem, fuerant praeservatae cuilibet Portionario, & Beneficiato huiusmodi quotidianae distributiones solvendae pro rata eorum servitii, quas deinde particulari flatu ejusdem Ecclesiae, apostolica auctoritate confirmato, & ab illius Capitulo, & Canonicis, acceptato declaratum, fuit, debere ascendere ad tria regalia monetae illarum partium qualibet die pro horis canonicis diurnis, atque iisdem Portionariis tamquam existentibus in possessione percipiendi huiusmodi summam fuit alias resolutum in Sacro istius Rotae Romanae Auditorio, dandam esse mentionem. Cum autem postea in expeditione mandati de manutenendo fuissent omitti praedicti exponentes, eo quia tunc deerat in Romana Curia eorum legitimus Procurator, propterea ipsi considerantes praedictam quantitatem aequae sibi, ac ceteris deberi, illamque a praedictis Capitulo, & Canonicis in sui detrimentum retineri contra formam dictae Bullae, & Statuti, ac Resolutionis Rotalis, diversos actus fecisse dicuntur pro consequutione dictarum distributionum, & plenaria dictorum Bullae, Statuti, & Resolutionis Rotalis huiusmodi executione, propter quos dum & ipsi nuper misso ad Almam Urbem nostram eorum legitimo Procuratore peterent in eadem Rota manutenentem, fuit ipsis ex parte dictorum Capituli, & Canonicorum oppositum, eos incidisse in poenas, & censuras ecclesiasticas, eo quia aliquos ex dictis actibus fecerint coram Iudicibus laicis, ad quos asseruntur habuisse recursum.

Facti scilicet.

que, ac cuiuscumque qualitatis, conditionis, gradus, status, & dignitatis, ut praefertur, sint, vel fuerint super praemissis, rebusque alijs in actis causa, & causarum huiusmodi latius deductis, & deducendis, cum suis, & illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexisque, & connexis, totoque negocio principali eidem Congregationi Confinium nunc, & pro tempore existenti committimus, & mandamus, ut tam suarum facultatum generalium, quam praesentium vigore, illam, & illas cognoscat, terminet, & prout juris fuerit, decidat, omni, & quacumque appellatione, reclamacione, recursum, nullitate, etiam ex tribus, aliisque remedijs ordinarijs, & extraordinarijs penitus, & omnino remotis cum facultate praefatos Marianum, & Jacobum, omnesque alios in executione praesentium nominandos, & cognominandos, cuiuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, & dignitatis etiam ecclesiasticae, etiam speciali nota, & expressione dignos, ut praefertur, quicumque, & quocumque sint, & fuerint, citandi, etiam per edictum publicum, confiso etiam summarie, & extrajudicialiter, & quantum sibi sufficere videbitur, de non tuto accessu.

§.4. Volumus autem, ut facta per afflictionem saltem semel intimatione monitorii desuper expediendi in valvis Ecclesiarum Cathedralium Imolen., & Faventin., ac in valvis Basilicae Principis Apostolorum, & in acie Campi Florae de Urbe, omnia acta deinde contra praefatos Marianum, & Jacobum, omnesque alios, ut praefertur, nominandos facienda, valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, prout ex nunc valida decernimus, & declaramus, perinde ac si ipsi, & quilibet illorum in quolibet actu personaliter citati, moniti, & intimati fuissent, illisque quoties, & quando opus fuerit, etiam sub sententia, censuris, & poenis sibi benevisis inhibendi, & praecipendi, aliisque facultatibus necessarijs, & opportunis.

Contraria tollit.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima Septembris 1636. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac etiam in Concilijs generalibus editis, & praesertim Bonifacii Papae Octavi de una, & Concilii generalis de duabus diebus, ceterisque contrarijs quibuscumque, statum litis, & litium quarumcumque, ac nomina, & cognomina iudicum, litigantium, aliorumque contrariorum, & hic etiam de necessitate exprimendorum, & inferendorum tenores, & compendia pro plene expressis, & insertis habentes, quibus omnibus, & singulis plenissime derogamus.

Peticio PP. facta.

§.2. Quamvis autem huiusmodi asserti recursum tendant non ad impediendam, sed ad obtinendam, & coadjuvandam executionem Literarum Apostolicarum, & Jurisdi-